KAIS.KÖN.HOF BIBLIOTHEK
454.983-B
ALT-
454.983
Digitized by Google

Á Bibliotheca da Côrte Imperial e Real em Vienna

off. o editor
Eugenio do Canto

454983-B.

PETRI PASCHALICI VENETI ORATORIS AD HEMANVELEM LVSITANIAE REGEM ORATIO.

VEtus hoſpitiũ:mutuiq; amoris ſtudiũ
qđ a maioribus acceptũ cũ maieſtate
tua Veneto nomini itercedit Rex Se/
reniſſime:magnã ſpem attulit Augu/
ſtino prĩcipi nr̄o:& uniuerſo Senatui:
quũ primũ regni te huius potitũ eſſe
cognouimus:fore ut omni tp̄e tã amicus Venetæ reipub.
& eſſe:& uideri uelles:tã omni officioꝝ genere cõiũctus:
q̃ quiuis alius Regũ:qui hodie ſunt in terris:aut unq̃ fu/
erunt cõiunctiſſimus & amiciſſimus. In quã ſententiam
nõ modo nos cõfirmauit:uetus Luſitanoꝝ Regum beni
uolentia:uſq; ad hunc diem mutuo inter nos ſanctiſſime
conſeruata.ſed uirtus tua in primis:iam longe lateq; per
orbẽ terraꝝ cognita ac diuulgata:Quæ etiã in ſpem ma
xĩmã:præter Venetam ciuitatẽ:omnes Europæ gentes:
populos:regna:nationes cõmouet atq; excitauit. Nemo
enim fuit:qui ob ea:quæ aſſidua hominũ p̄dicatione de
tuis uirtutibus ferebantur:non perſuaſum haberet:breui
futurum:ut chriſtiana religio plane intelligeret:datũ ſibi
dei optimi maximi munere:unũ ex omni regũ numero:
qui uirtute:cõſilio:felicitate:nõ ſolũ rẽ chriſtianã feſſam
labantẽq; tueretur:ſed longe etiã lateq; ꝓpagaret:Quã
qdẽ cõmunẽ omniũ de tua uirtute ac ſapientia opinionẽ
Rex illuſtriſſime magis ac magis cõfirmauit:& hominũ
animis impreſſit:catholicorum ac inuictiſſimoꝝ caſtellæ
regũ ſocerũ tuoꝝ p̄ſtantiſſimoꝝ auctoritas atq; iudiciũ:
qui certe:niſi tantus eſſes:quãtũ te omnes prædicant:nõ

852

adeo libẽter (mihi crede) te ultro in generũ requiſiſſent. Enimuero q̃a ita natura eſt cõparatũ: ut optimus quiſq; ſimilem ſibi maxime cõcupiſcat. Non mirũ itaq; ſi talia argumenta ſequuti mortales: hoc de te deq; feliciſſimo regno tuo ſibi promittũt: hanc ſpẽ alunt: hos ſibi ſucceſſus proponũt. Quippe quia: hæc de te hominũ iudicia: uel in ipſo tui regiminis rudimento: & probaſti Rex Inclyte & auxiſti. Nam ut domeſtica prætermittã: quæ quidẽ talia ſunt: ut nulla ſit tã uehemẽs dicẽdi facultas: nulla uerbo℞ copia: quæ nõ dicendo prius defatiget: q̃ illa exequi unq̃ ſatis queat: quid per deũ ĩmortalẽ abs te aut præclarius: aut admirabilius fieri potuit? quid ad regni opes firmandas cõducibilius? q̃ quod ab ipſo tuæ moderationis limine: adoleſcẽs adhuc multo℞ principũ beniuolentiã: incredibili munificentia tibi conciliaſti: alios aut fœdere iunxiſti: aut affinitate copulaſti: nõ ocio neq; deſidiæ deditus: ſi quãdo a rebus bellicis uacares: ſed mõ uenando: modo campeſtri exercitatione te & tuos ita exercẽdo: ut nũq̃ minus in ocio fueris: q̃ quum abũdare ocio creditus eſſes: q̃q̃ non minore inter ea ſtudio pacis artes iuſticia: q̃ belli munia ingenio & uiribus foueris. Nã de clementia: fide: pietate: bñficẽtia: animi magnitudine cæteriſq; uirtutibus: quæ in te uno uſq̃quaq; eminent atq; elucẽt: ſatius eſt me p̃terire q̃ parũ dicere: ne culpa ingenii ipſa oro prae magnitudine uirtutũ ac laudũ tua℞ opere in medio fatiſcat. Sed q̃q̃ hæc ita magna ſint: ita ſublimia atq; admiranda: ut nõ modo omniũ orato℞ ingenia deterreant: ſed oẽm iã inuidiã excedant: leuiora tñ uideri poſſunt: ſi cũ uno tuæ maieſtatis opere cõferantur: cũ quo ne antiquo℞ quidẽ regum: populo℞ ue illuſtriũ: ullum unq̃ faci

nus cóparari pót. Ná quæ regio eſt in terris:quæ gẽs ho die tá repoſita:& ab omni hominũ cõmercio tá remota: ad quá nó fama puenerit hoc breui tpe alteꝝ terraꝝ or/ bem:quẽ & Ptolemæus & Strabo;& reliqui mundi ſcri/ ptores penitus ignorauerũt:Rem certe mirá atq̈ pclará: rem nullis ante tpibus cognitá:rem memorandá atq̈ hi/ ſtoria digná:& in qua oẽs ſtudioſi elaborare atq; exerce/ re ingeniũ debent:tuo cóſilio:cura:induſtria:diligentia: tuiſq̈ auſpiciis:iam eſſe inuentũ atq̈ hominibus patefa/ ctũ:qđ non Carthaginenſes olim:non Romani reꝝ dñi poſt Carthaginẽ euerſam:nó Alexander ille magnus mũ di ſcrutator:nó Græcia omnis dum floruit:nó Aegyptii Aſſyriiq; reges ſunt aſſequti:tua uirtus atq̈ felicitas eſt adepta:Omnis exterioris Libyæ ora:ab atlantico ocea/ no:ad barbaricũ uſq̈ ſinũ:qui erithreo iungit̃ tuo iuſſu atq̈ imperio eſt enauigata:gentes:inſulæ:littora ad id tẽ pus ignota:aut tuis ceſſere armis:aut his territæ tuam amicitiá ultro expetiuere.Gloriati ſunt ſũmi reges olim: & populi antea inuicti:qđ ad oceanũ uſq̈ arma promo/ uiſſent:tu rex inuictiſſime in ſubteraneũ uſq̈ hæmiſphæ riũ:& in antipodas promouiſſe imperiũ iure gloriari po tes:& qđ omniũ maximũ eſt:maximeq̈ memorádũ:di/ ſcretas naturæ imperio gẽtes:duoſq̈ diuerſos terraꝝ or/ bes cõmercio cóſociaſti:qua re profecto:haud ſatis dici pót:quantũ cómodi:quátũq̈ utilitatis percipiat uniuer/ ſus orbis:ob mel ex harundinibus collectũ:ac alia cóplu ria:quæ inde ad humanũ uſum affatim ubiq̈ deferunt̃: quátũq̈ etiam in poſteꝝ ob aromata cuiuſcũq̈ generis a tuis nuper nauibus inuenta ſit percepturus.Et dubitabi/ mus adhuc:qui ímortalitas nominis iá tibi nó ſit parta?

Crede mihi Rex excellentiſſime:omne æuũ p̃clara faci/
nora tua cõmemorabit:poſteritas admirabit̃:gentes cele
brabunt:omnis deniq̃ hominũ uita:niſi ingrata eſſe ue/
lit:tibi uni magis debere fatebitur:q̃ aut ueteꝝ regũ:aut
nouoꝝ cuiq̃.Veꝝ tamen q̃q̃ multa adeo magna geſſeris:
adeo memorãda:tamẽ nihil eſt Rex glorioſiſſime in quo
pietas & magnitudo tua aut maior:aut admirabilior ap
pareat:nihil in quo iuſtius cœlũ meruiſſe uidearis.q̃ qđ
cũ Dñicus Piſanus eques orator noſter:qui p catholicos
caſtellæ reges & noſtrũ ſenatũ ad te uiſendũ atq̃ honorã
dum miſſus tuæ celſitudini declaraſſet:q̃ ingens periculũ
non ſolũ reip.noſtræ:ſed etiã Chriſtiane pietati:ab ima/
niſſimo ac potentiſſimo turcaꝝ rege imineret:quantũq̃
eius opes hac tẽpeſtate plus nimio inualuerint:quantas
Chriſtianoꝝ ſtrages fecerit:quot deniq̃ nouos & tremẽ/
dos cuiuſcũq̃ generis apparatus aduerſus Chriſtianũ no
mẽ miliatur:tua ſponte tã ſancte:tam pie:tam deniq̃ re/
ligioſe animũ adieceris ad id bellũ:qđ incredibili diſpẽ/
dio:iam tertiũ annũ cũ ſæuiſſima hac belua ſuſtinemus:
tuis auxiliis ita iuuandũ:ut poſtpoſita mauritania:omnẽ
eam potentiſſimã claſſem:quã cõtra ipſam ſtruxeras:ma
ximiſq̃ iam ſumptibus paraueras:contra impientiſſimos
hoſtes nõ ſolũ hoc anno deſtinaueris:ſed etiam in futuꝝ
longe maiorẽ atq̃ ualidiorẽ ſi opus fuerit te miſſuꝝ affir
maueris:ac nihil deniq̃ intentatũ relictuꝝ:qđ ad uicto/
riam de crudeliſſimo hoſte reportandã:& bellũ omnino
cõficiendũ neceſſariũ ac oportunũ eſſe uideat̃.Ita.n.lr̃æ
tuæ maieſtatis atq̃ ipſius oratoris noſtri ad ſenatũ miſſe·
teſtate ſunt.Quod quũ ita ſit Rex ſacratiſſime:neſcio
equidẽ:quũ hãc rem mecũ ipſe cõſydero:qđ pulchrius:

quid fortius? quid ſublimius? quid deniq; diuina uirtute atq; præclara indole tua magis dignũ fieri: aut excogita/ri unq̃ potuerit. Sumpſerunt aliqñ maiores ueſtri arma incredibili pietate pro hieroſolima recuperanda: p̃claraq; in Syria facinora: ut litteris ꝓditũ eſt: ediderũt. Sed lon/ge maius eſt: & magis utile Chriſtianæ reip. qđ maieſtas tua nũc facit. Nam ut ualidiores ſunt turcarum uires: q̃ Syriæ regũ fuerunt. ita bellũ hoc graue magis atq; peri/culoſum eſt iudicãdũ: Et ſi oppugnare hoſtẽ longe remo tum pulchrũ eſſe cenſemus: multo quidẽ magis utile ac neceſſariũ eſſe uidet̃: eum qui iam intra uiſcera ſit exce/ptus ꝓpellere ac expugnare. Itaq; nõ ĩmerito ſicut antea ſemp ita nũc maxime ob hãc cauſam: te ut uirũ præſtan tiſſimũ: pricipẽ celeberrimũ: regẽ ſanctiſſimũ: Princeps: Senatus: & uniuerſa: ciuitas noſtra: mirifice obſeruat & ueneratur: ac tantũ celſitudini tuæ hac etiã cauſa debere fatent̃: ut nihil penitus ſit eis ꝓpriũ: qđ tecũ nõ cenſeant eſſe cõmune. In cuius rei teſtimoniũ nõ cõtẽti p epiſtolã ſublimati tuæ ſignificare: quantũ gaudii ſuſceperint: qđ cauſam fidei Chriſtianæ uti Rex religioſiſſimus: & no/ſtrã uti Veneti nominis amiciſſimus ſuſcepiſti: cõfeſtim facto Senatuſcõſulto: me nouũ oratorem deſignauerunt ad tuã Serenitatẽ: ut corã illi pro tantis meritis cumula/tiſſimas gratias agerẽ: qđ bellũ hoc tam graue & pericu loſum pro Chriſti fide omnino iuuandũ ſuſcepiſti: & ſu/ſceptũ: ut tua eſt pietas atq; cõſtantia conficiendũ: & qđ præcipue gratũ fuit: cũ Venetis: cũ quibus quo arctiora tibi publici hoſpitii: ueteriſq; beniuolentiæ tãq̃ hæredita/riæ a maioribus relictæ iura intercedunt: eo ad maiorem gloriã accedet: cũ his aduerſus cõem Chriſtiani nominis

inimicũ ſocia arma iunxiſſe:Quo in negocio nõ minus erit honorificũ tuæ ſublimitati:ueterẽ neceſſitudinẽ cum Veneta ciuitate non ſolũ inſtauraſſe:ſed auxiſſe etiã atq; ſtabiliuiſſe:q̃ ſi omnino hoſte ſuperato nobiſcũ uictoriã de eo reportauiſſes.Duplex itaq; laus hoc facto in tuam excellentiam redundabit.Primũ q̃d Venetam ciuitatẽ in laborioſo ac difficili bello adiutam tibi arctius ppetuoq; beneficio deuincies:Deinde q̃d rẽ chriſtianam rex Chriſtianiſſimus cũ Chriſtianiſſimo populo defendiſſe uideberis.Nam q̃d ad Venetos attinet:nullũ unq̃ fuit tẽpus: nulla occaſio maior:reipu.noſtræ demerendæ:q̃ hoc tpe quo ciuitas noſtra nõ magis de re ſua:q̃ de ſumma fidei Chriſtianæ ſolicita cũ ferociſſima gente conflatũ habet. Porro plus erit hoc Veneto nomini dediſſe:q̃ q̃d quiſqs fuit ille maiorꝝ tuorꝝ:qui olim in nr̃a ciuitate publico hoſpitio ſuſceptus:memoriã eius officii hæreditariã poſteris reliquiſſe ferũt:plus inq̃ q̃ quũ nr̃æ onerariæ triremes in mari a piratis direptæ:remiges & gubernatores ſeminudi:ac uulneribus confecti:humane ac per benigne his locis recepti:hoſpitio:ueſte:& uiatico adiuti fuerũt:Tũc de priuata ſalute agebat̃:nũc de publica agitur. Quod aũt nr̃a religio defendit̃:eo maior hinc fama expectanda eſt:maior celebritas:quo plures ſunt:qui de publica pietate:de totius rei ſumma:q̃ de unius ciuitatis fortuna laborant. Pulchrũ quidẽ eſt:& ad famam noĩs ſpecioſum: magnã oceani partẽ claſſe circuiſſe:noua littora:nouas terras exploraũiſſe:ignotas gẽtes & inſulas nroꝝ hoĩum cõmercio adiunxiſſe. Sed multo pulchrius:lõge ſpecioſius:& ad ĩmortalitatẽ noĩs aptius nobiliſſimã orbis partem ab impioꝝ furore defendere:publicã pietatẽ armis

ꝓtegere:periculũ qđ chriſtiano nomini inſtat ꝓpulſare: cõmune incẽdiũ reſtinguere:Erit hoc qdẽ cũ cæteris gẽ/ tibus gratũ:tũ Venetæ ciuitati:quæ primas partes huius belli ſubſtinet gratiſſimũ:quæ quo ꝓpior eſt periculo:eo eſt de laborioſi belli huius euẽtu ſolicita magis. Hac princeps noſter & Venetus Senatus cõmoti cura:cõtinuo tuæ maieſtatis hoĩs in curia recitatis decretũ tulerunt:ut uel magnis atq; arduis itineribus ad tuã celſitudinẽ ꝓperarẽ: nõ tm̃ illi gratias acturus:qđ ultro hoc bello rẽ Venetã: ĩmo chriſtianã ſocia claſſe iuuare decreuerit. ſed publico noĩe rogaturus ac hortaturus clemẽtiã ac pietatẽ tuã:ut. poſteaq̃ tã piã:tã ſingularẽ:tã deniq; ꝑclarã fidei cauſam tuẽdã ſuſceperit:ſuſceptã maieſtas tua nõ deſerat:ſed potius ipſam foueat:iuuet:auxilio ſuo & omni ope ac opa ꝑpetuo tueatur. Sit tua celſitudo cæteris chriſtianæ fidei ducibus exẽplo ad pietatẽ cõmuni nõĩe tuendã:cupiant cæteri chriſtiani principes chriſtianũ nomen tuo exẽplo demereri:quẽadmodũ hoc tẽpore:& cupere:& affectare Sunt uiſi qui quũ audiuiſſent:qđ ſponte tua tã libenter tu Rex inuictiſſime:& capeſſere & induere etiam arma uelles pro Chriſti fide:erecti hac rei pulchritudine ſuas adiũxere claſſes:ut tuæ & Venetæ iuncta mature hoſtiũ conatibus occurrerẽt. Chriſtianiſſimus.n. Francoꝝ Rex ſuã ualidiſſimã claſſem mittit ſuppetias ad hoc bellum. Catholici caſtellæ Reges:ut tuæ certum eſt ſublimitati: ſuã ad hoc ipſum deſtinatã:rurſus apud ſiculos paratam habẽt. Sereniſſimus Pãnoniæ Rex cũ quo iam Pontifex maximus:& noſter Senatus dei optimi maximi felici auſpicio toto hoc bello duraturũ fœdus ſanxerũt & ini/ uerũt:terreſtri exercitu ꝑnicioſiſſimũ hũc chriſtiani ge/

neris diſſipatorē eſt inuaſurus:atq̨ iāprimū (ut fieri ocle rius poteſt) ad pugnam accelerat ac ſe accingit. ne forte pſtita ſero auxilia ea ex parte: qua currēs quottidie bar/barus iſte chriſtiano ſanguine infectus incēdit ac euertit oīa ludibrio ipſi eſſent: ubi per occaſionē eius uires plus nimio cōualuiſſent. Non.n. minus ex oportunitate: q̄ ui/rium fiducia bellū gerit: utq̨ ualidius cōmunē hunc ini/micū aggredi poſſit: nō dederūt eius maieſtati ſuis auxi/liis: Inclytus ac fortiſſimus Poloniæ Rex eius frater: & ambo ualachorꝫ duces. Quod ſi huic chriſtianorꝫ prin/cipū tā ſancto ac pio cōſenſui: tu quoq̨ Rex Magnani/me aderis: ita ut tuā uirtutē ac pietatem ſequti cæteri re/ges: auxilia ſua paratā iam ad bellū mittāt: aut miſſa te/neant: aut ipſi arma etiā induāt: nulli dubiū eſt: quin bre ui res chriſtiana in integrū reſtituat. Vnde & Maieſtati tuæ laudē ſempiternā: gloriā incōparabilem: tryumphū celeberrimū: ipſam deniq̨ tantope expetendam beatitu/dinē: & noīs æternitatē: deus optimus maximus tribuet atq̨ cōcedet cōtra ſi periculū: quod iminet chriſtianæ re/ligioni negligatur: utinam falſus ſim uates: timendū ſu/pramodū eſt: ne breui eueniat: ut hoc incendio: quo nūc Veneta reſpub. laborat: Græcia olim laborauit: mox uni uerſa Europa ſit laboratura. Dixi.

Acta tertiodecimo calendas Septembres apud Vliſſipo/nem. I D I.

22 JY 69

Impreſſum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vi/talibus Anno Domini. M. CCCCC. I. Die Vigeſimoſe/cundo Menſis Decembris.

KAISERLICHE KÖNIGLICHE HOFBIBLIOTHEK

Para esta reproducção serviu de prototypo
o exemplar existente no Department of Printed Books,
British Museum, London. 12301-dd-12.

A edição é de 60 exemplares destinados só a offertas

Acabou-se esta reproducção na Imprensa Nacional de Lisboa
aos 28 de Junho de 1907.

Österreichische Nationalbibliothek
+Z20788500X

Digitized by Google